**H**oc capitulum sex bz partes. In prima ponit signa emittitei absolute. In scōa signa eius diuer/ sificate fm̄ tpa. tertio signa sumpta ex parte die/ rum. quarto aggregat signa diuersorum modozū quinto ponit signa dñij vel equalitatis. sexto po/ nit signa emittitei sumpta ex parte componentiu secunda. ibi. Et quādoq; fiunt. ) tertia ibi. (Et in bac febre. ) quarta ibi. (Et quandoq; accidit signi/ ficatio. ) quinta ibi. (Et non expectet. ) sexta ibi. (Et quandoq; compositio. ) In prima parte po/ nit tria signa. Primū qd est magis proprium cete/ ris. qz sumitur ex natura humorū: lz sint necessaria alia comparia. i. pariter cū hoc significātia. et est vt spacium huius febris sit in vno duozū dierum. s. in quo inuadunt ambo paroxisimi longius spa/ cio tertiane pure et magis quiesca quo ad acciden/ tia sequentia impressionem materie. s. sitim instā/ tiam vigiliarum inflammationem et similia. Dein/ de sit in alia die. s. in qua est solum paroxisimus fle/ gmatis leuioris paroxisimi et pauciorum acciden/ tium qd altera et verificaret hoc primum signum. Dixit autē lz sint necessaria alia comparia: quia possent esse due tertiane note: quarum vna esset lō/ gior et vehementiorum accidentiu qd altera. et veri/ ficatur hoc primum signum.

**E**t quādoq; iteratur in ea horripilatio fm̄ plurimum aliquotiens ppter illud qd accidit de

accidit de pugna duarū materierum: aut in  
troitu vnius earum super alteram. Et for-  
tasse accidit hec iteratio tribus vicib⁹: aut  
quattuor: et iam calefiunt membra aliqua  
horripilatione fixa adhuc.

¶ Scdm signū q̄ horripilatio que est dispositio in  
qua homo sentit diuersitatē in frigore cum pūctio-  
ne i cute ⁊ in lacertis iterať multoties in emitriteo  
scz in die in quo ambo veniunt paroxisimē scdm se  
mitam cōtatis: aut introitus. Ideo dicit ppter illud  
quod accidit de pugna duarū materierū: aut in-  
troitu vnius earum super alterā. Et fortasse acci-  
dit hec iteratio tribus vicibus: aut quattuor: ⁊ iam  
calefiunt mēbra aliqua horripilatione existēte ad-  
huc fixa in aliquibus mēbris propter diuersitates  
materierū quarum vna iam calefacta calefacit ali-  
qua mēbra. altera vero nuper mota in frigidat ali-  
qua. ¶ Pro busus partis declaratiōe. nota q̄ hec  
varietas ex horripilatiōe ad calozē iterata toties  
et similiter diuersitas in calefactiōe quorundā mē-  
brorum et eorū horripilatiōe sequitur pugna fleg-  
matis et colere quē humores sunt aliquo mō con-  
trarij: et p̄p̄se quādo sunt quasi eque potētes. nā  
colera pungit mēbra: ⁊ in frigidat faciendo calozē  
retrahit: et sicut flegma suffocando calozē si putret  
intra in frigidat. si putret extra cū primo venit ad  
mēbra sensibilia in frigidat. deinde postea colera  
calefacta calefacit membra. postea flegma motus  
in frigidat dictis modis: sed nō multus in frigidat  
propter cōtraoperantiā colere: nec colera facit ri-  
gorē purū propter cōtraoperantiā flegmatis. fit  
ergo dispositio media: scz horripilatio que multo-  
tens iteratur ex causis dictis. propterea hec itera-  
tio non fit quādo humores ambo putrent intra ve-  
nas. nec quādo colera putret intra ⁊ flegma extra:  
q̄ sic non fieret horripilatio: s; frigus: sed fit quā-  
do flegma putret intra et colera extra: aut quādo  
ambo putrent extra.

¶ Et hac quidem que est emitriteus cor-  
pus non mundificatur integre.

¶ Tertium signū: quod ex emitritea corpus nō mū-  
dificatur integre. nam si ambe sunt continue: aut  
vna est cōtinua res est clara. si vero ambe interpo-  
late: adhuc propter flegmaticam remanent que-  
dam reliquie calozis a quibus corpus nō integre  
mundatur.

¶ Et quandoq; fiunt p̄cipiū eius et aug-  
mentū ipsius vehementis cōmotiōis: ⁊ pro-  
prie quādo fuerit cōicatio: aut fuerit introi-  
tus in huius hora: tūc em̄ fiunt horripila-  
tioni reditiones: et est status longinquus: ⁊  
cum extimatur q̄ corpus iam calefactum  
est: et febris habet statum inuenis horripila-  
tionem redeuntem: et ista accidētia sunt  
propter pugna humorū. Et status quidem  
huius egritudinis in horis particularibus  
et vniuersalibus est ante statum flegmatice  
et velocior statu eius et tardior statu coleri-  
ce: qm̄ caliditas non expanditur nisi cum la-  
boze: et proprie in primis: et fit fortis eius  
acuitas apud statum: et similiter fit declina-  
tio longa propter illud quod accidit de statio-  
nibus quas efficit reluctatio vnius duarū

materierum cum alia: et parum quidem te-  
pescit cum sudore.

¶ In hac parte ponit signa emitritei diuersificati  
scdm tēpora. et primo scdm p̄ncipiū et augmen-  
tum. secundo penes statū. tertio penes declinatio-  
nem. partes patent. Dicit ergo quod quādoq; fit  
p̄ncipiū et augmentū: scilicet particulare vehe-  
mentis cōmotiōis et alterationis. ⁊ proprie quā-  
do fuerit cōicatio: aut introitus busus paroxisimē  
in alterū in bususmodi boza. tunc enim horripila-  
tio redit pluries: sicut dictū est in parte precedentē  
et est status: scilicet particularis longinquus: et cum  
estimatur q̄ corpus iam calefactum est: et est feb-  
ris in statu. scz particulari inuenis horripilationem  
redeuntem: et ita accidentia sunt propter pugna  
humoris: vt dictum est in parte precedentē. Si em̄  
finita paroxisimatiōe vnius humoris alter humor  
coalterna inuasiōe moueatur: nō fit pugna: et sta-  
tus quidem busus egritudinis in horis particula-  
ribus et vniuersalibus est ante statum flegmatice  
et velocior statu eius: quia colera velocitat statū  
flegmatis: et tardior statu colerice. quoniam caliditas  
nō expanditur nisi cum labore flegmate tardā-  
te: et proprie in primis quando materia est cruda.  
Unde Gale. scdo de differentijs febris. Colerice  
velocitatem detinet humor flegmatis. flegmatice  
vero tarditatem et pigritiā colerice colligit. ⁊ fit  
eius acuitas apud statum ambobus humoribus  
tam notabiliter calefactis. et similiter fit declina-  
tio longa: scilicet vniuersalis et particularis pro-  
pter id quod accidit de stationibus. quia licet ince-  
perit declinare: non tamen declinat vniiformiter:  
quas scilicet stationes efficit reluctatio: id est pu-  
gna vnius duarum materierū cum alia. colera em̄  
velocitat declinationem: flegma retardat. et pro-  
pter hanc reluctatiōem accidunt stationes. ⁊ pa-  
rum quidem tepescit: id est declinat cū sudore fleg-  
mate prohibente. Et est credendus quod secundū  
plurimū minus accidit sudorū: emitriteo quā in  
colerice. et magis quā in flegmatica propter cau-  
sas ab Aulcen. sepe dictas.

¶ Et in hac febre dies tertius de diebus  
eius est similis primo ⁊ quartus secūdo.

¶ In hac tertia parte ponit tertium genus signorū  
sumptorum ex parte dierū dicens: quod in emit-  
riteo tertius dies est similis primo et quartus se-  
cundo: et sic in toto processu dies impares similan-  
tur inter se: ⁊ pares similiter similanť inter se: s; im-  
pares dissimulantur partibus. causa nota est.

¶ Et quandoq; cadit significatio sup emi-  
triteum ex modis diuersis. nam quandoq;  
accidit ex consuetudinibus: et quandoq;  
accidit ex accidentibus.

¶ In hac quarta parte ponit quattuor modos si-  
gnorum. secundo prosequitur. scda sibi. (Et casus)  
In prima parte dicit quod super emitriteis cadit  
significatio ex modis diuersis. nam quandoq; si-  
gnificatio super emitriteis ex consuetudinibus. quāq;  
ex accidentibus: quid sit vtrūq; statim patebit.

¶ Et casus consuetudinū est sicut si in cor-  
pore hominis multiplicetur colera et pu-  
tredo eius. deinde vtatur delitijs ⁊ dimittat  
exercitia et vtatur cibis de speciebus regi-  
minis generantibus flegma: aut multipli-  
cetur in corpore hominis flegma et putre-  
do eius. deinde exercitetur plurimū et vtat

eo quod generat coleram de speciebus regiminis: si fecerit necessarium etas illud in eo ita ut fiat adolescens post pueritiam et dominium humiditatis: aut fiat senex post iuventutem et acuitatem complexionis.

**¶** Hic ponit signa sumpta ex consuetudinibus. secundo ex accidentibus. secunda ibi. (Ex accidentibus vero.) In prima parte dicit quod casus consuetudinum est sicut si in aliquo multiplicet colera et putredo etus quod forte erit merito complexionis: aut regiminis: deinde utatur delictis sicut somno multo multitudine ciborum et dimittat exercitia et utatur regiminibus generatibus flegma: sicut accidit clericis impinguantibus per adeptiones pinguis bene effectorum cum fuerint pauperes et multum vigilassent et laborassent ut consequeretur sine optatum: quibus opter colera prior tempore multiplicata: et propter flegma multiplicata. postquam facti sunt pingues: incurrunt iusto dei iudicio emittentem ex quo frequenter moriuntur. Similiter accidit e contra si in aliquo multiplicetur flegma merito regiminis aut complexionis: deinde in eo multiplicetur colera per exercitium et vigilias et regimen ipsorum multiplicans incurrunt emittentem ambobus humoribus simul peccantibus. Similiter accidit merito etatis: ut si quis fiat iuuenis post pueritiam in iuventute incurrunt emittentem propter flegma reservatum ex pueritia et colera multiplicata in iuventute. Similiter accidit: si aliquis fiat senex post iuventutem et acuitatem complexionis in senectute incurrunt emittentem ex similibus causis. hec autem dicuntur consuetudines. quia consuetum est hos humores secundum exigentiam regiminis et etatis multiplicari. ex quibus simul multiplicatis est aptus sequi emittentem.

**¶** Ex accidentibus vero sicut pulsus et urina et processio eius quod procedit ex vomitu et egestione et dispositione digestionis: et signa eius: et dispositio sitis: et dispositio tactus: et dispositio horripilationis et rigoris: et dispositiones horarum et paroxysmorum.

**¶** Hic ponit signa emittentem sumpta ex accidentibus et primo enumerat ea. secundo declarat. secunda ibi. (Pulsus aut.) Dicit in prima parte quod accidentia quibus cognoscitur emittentem sunt pulsus urina et processio eius quod procedit ex vomitu et egestione dispositio digestionis et signa quibus ipsa significatur: sicut tactus horripilatio rigor. Item indispositiones horarum et paroxysmorum.

**¶** Pulsus autem fit in ea minoris magnitudinis et velocitatis et frequentie quam ille qui est in tertiana et contrarie earum sunt minores quam ille que sunt in flegmatica.

**¶** Hic declarat signa sumpta ex pulsu dicens: quod pulsus in emittente est minor tardior et rarior quam in tertiana: et e contra maior velocior et frequentior quam in flegmatica. Locus causa est: quia in emittente est minor necessitas euentandi quam in tertiana: et maior quam in flegmatica. Sed contra. pulsus flegmatice est frequentior pulsu tertiane: sicut dictum est in capitulo de flegmatica. ergo etiam est frequentior pulsu emittente. Soluatur sicut solutum fuit superius in cap. de flegmatica.

**¶** Urina vero est tarde digestionis.

**¶** Intelligo respectu urine tertiane et non est tante structure quanta est in tertiana.

**¶** Et vomitus est permixtus ex colera et flegmate: et egestio est permixta ex colera et flegmate.

**¶** Et vomitus est permixtus ex colera et flegmate: et similiter egestio. nam talis est materia que dominatur. Hinc accipe quod vomit in quo flegma est permixtum colere est aliquando peior quam vomitus colere purioris: quia vomitus permixtus ex colera et flegmate cadit in signis tertiane pure quam febris est salubrior quam emittente.

**¶** De dispositione autem calefactionis et frigoris et sitis et horripilationis et horarum paroxysmorum iam locuti fuimus quod oportuit.

**¶** Hic succincte loquens de ceteris signis comprehensionis sub hoc quarto genere signorum: dicit quod de dispositione calefactionis et frigoris que accidunt in paroxysmis emittente iam locutus est quod oportuit. Et tam similiter de siti cum superius dixit: quod est paucorum accidentium: et similiter de horripilatione cum dixit: quod multoties iteratur: similiter de dispositione horarum: scilicet uniuersalium et paroxysmorum cum comparauit in hoc capitulo loam flegmatice et colerice. dicens quod status huius egritudinis in horis particularibus et vltimus est ante statum flegmatice et tardior statu colerice.

**¶** Et non expectatur statio super dominantem duorum humorum nisi per vincentem ex significationibus. nam si dominatur flegma sunt paroxysmi longiores et horripilatio minor et coartatio et proprie in pulsu fortior: et extremitates sunt velociores ad suscipiendum frigus in principiis egritudinis et tardioris mundificationis a suo frigore et sitis est minor: et vomitus colere minor et urina vehementioris albedinis et cruditatis et sudor minor et etas. pueritia aut senectus et complexio corporis significat eam: et similiter consuetudo et que currunt cum ea. Et si dominatur colera sunt paroxysmi breuiores et extremitates velociores ad calefactionem et sitis et vomitus colere plus et sudor magis eruberans. et fortasse declinat ad horripilationem que est sicut rigor: et sitis urina vehementius tincta: et etas est iuuetus. et complexio corporis quandoque significat eam. et similiter consuetudo et que currunt cum ea. Et quando equatur duo humores frequentantur significationes et est horripilatio pura completa non rigor: et non perueniens ad rigorem.

**¶** Hic ponit signa dominij humoris aut equalitatis. et primo ponit signa quando flegma dominatur. secundo quando colera dominatur. tertio quando equantur. In prima parte dicit quod non expectetur statio: id est firma indicatio humoris peccantis siue dominantis nisi per vincentem ex significationibus: id est nisi quando signa vnius humoris vincunt signa alterius. Nam si dominatur flegma sunt paroxysmi longiores et horripilatio est minor quare accedit plus ad frigiditatem. et coartatio in pulsu fortior: et extremitates ad suscipiendum frigus in principiis particularibus egritudinis: et quod tardius mundificantur a frigore et sitis minor: et vomitus colere minor et urina magis alba et cruda: et sudor:

et sudor: minor: et etas pueritiae et senectutis: quia in his magis multiplicatur flegma quam in iuuetute: et complexio corporis: scilicet flegmatica significat eam: et similiter consuetudo patendi flegmaticam et consuetudo in cibis multiplicatibus flegma: et que currunt cum ea: scilicet ars et sexus. Et quando dominatur colera sunt signa bis contraria que patent ex dictis: et quando equantur duo humores frequentantur significationes: scilicet utriusque et est horripilatio pura: idest vera. et completa: idest fortis non rigor: et non perueniens ad rigorem: quia significatur dominium colere: et tu supple nec perueniens ad infrigidationem: quia significaret dominium flegmatis: sed est media: et sic est multa mediorum signorum apparitio.

**E**t quando compositio est manifestior in periodica et continua que plures hominum appropriant nomine emitritei puri. et est continua ipsa flegmatica est rigor debilior: quoniam materia extrinseca est colerica: et non est contrarium ei ex parte flegmatis extrinseci cum ea in eo quod necessarius est de rigore: sed est debilior. et fortasse iteratur in ea frigus et horripilatio ita ut faciat errare in statu sicut scis. et multiplicatur in ea caliditas viscerum et ventris cum frigore extremitatum: et fit pulsus vehementioris paruitatis et raritatis. Si autem continua est ipsa colerica non fit rigor: neque magna horripilatio. et fit pulsus maior et velocior et angustia vehementior: et si componuntur due continue non erit rigor omnino et accidit tertiane continue ut alleuietur ante alleuiationem flegmatice. licet non redeat ante eius reditionem.

**U**bi ponit signa emitritei. et primo veri compositi ex flegmatica continua et colerica interpolata. Secundo emitritei compositi ex colerica continua et flegmatica interpolata. Tertio quando ambe sunt continue. In prima parte dicit quod quando emitriteus componitur ex flegmatica continua et colerica interpolata quem plures appellant emitriteum purum: idest verum est rigor: quoniam materia colerica est exterius que est apta facere rigorem et non habet flegma extrinsecum impediens rigorem faciendo frigus: sed ille rigor est debilior: propter flegma fuisse mixtum cum colera quando erat sub forma cause antecedentis quod fregit acuitatem eius. Et fortasse multiplicatur in ea frigus et horripilatio propter fugam caloris interius et punctiorem factam a colera: ita ut faciat errare in statu ut scis: scilicet ex dictis in primo genere signorum: quia quandoque corpus calefit et apparet principium recessisse: et postea redeunte frigore et horripilatione constat ipsum non recessisse. et multiplicatur in ea caliditas: scilicet viscerum cum frigiditate extremitatum caliditate fugata interius propter nocuum maximum maxime a flegmate interius putrente causatum. et fit pulsus vehementer paruus propter flegma intrinsecum suffocans calorem. fit etiam vehementer rarus in comparatione ad emitriteum in quo ambe materie putrent intra venas: et etiam in comparatione ad illum in quo colera putret intra et flegma extra. **S**i autem continua est ipsa

colerica non fit rigor neque magna horripilatio: quia materia acuta non peruenit ad membra sensibilia: sed supple fit frigus propter flegma petens membra extrinseca: et fit pulsus maior et velocior propter maiorem necessitatem supple et frequentior: et angustia vehementior propter magnam caliditatem spiritualem. Et si componantur due continue non fit rigor omnino: quia nulla materia petit membra extrinseca sensibilia: et accidit tertiane continue ut alleuietur: scilicet ex illa exacerbatione ante alleuiationem flegmatice. licet non redeat ante eius reditionem: quia citius redit flegmatica cum redeat omni die. et colerica de tertio in tertium. **C**onsiderandum quod omittit signa emitritei compositi ex flegmatica et colerica interpolatis: quia sunt ex dictis intellecta. et proprie ibi cum dicit. Et quando equantur. et etiam cum dicit de reditu horripilationis. in hac enim est apta horripilatio frequenter iterari maxime cum ambe componuntur secundum semitam introitus.

De cura emitritei.

Cap. xix.

**N**ecessarium est in emitriteo ut vehementem habeas sollicitudinem in euacuando materiam secundum species euacuationis ex solutione ventris et vomitu et prouocatione et sudatione plusquam vehementia que est per extinctiuam.

**P**ost theoreticam emitritei ponit curam eius. Secundo quia febres compositae et proprie emitriteus est recidivialis: ponit canones in cura recidive. secundum ibi. in principio sequentis capituli (Recidivatio.) Primum capitulum in tres partes dividitur. In prima ponit canones generalem in cura emitritei. In secunda prosequitur et declarat illum canonem. tertio ponit medicinas convenientes in cura eius. secunda ibi. (Et cum solutiuis.) tertia ibi. (Medicine vero.) In prima parte dicit esse necessarium in emitriteo ut multum sis sollicitus in euacuando secundum species euacuationis in hoc casu opportunas: scilicet solutione ventris: vomitu prouocatione urine et sudoris et multo magis quam in extinguendo caliditatem febrilem. Huius autem canonis causa est: quia emitriteus est multum repletionalis: sed non est multum inflammatus.

**Sed hic cadit** dubium discussione dignum. cum emitriteus sit multum repletionalis et repletioni maxime opponatur flebotomia. quare Auicenna hic non precipit flebotomiam. Amplius si flebotomia precipitur in tertiana et flegmatica: ut patet in capitulis precedentibus. quare non precipitur in emitriteo ex utrisque composito. **D**icendum quod flebotomia secundum plurimum competit in emitriteo et multo magis quam in tertiana et flegmatica cum sit magis repletionalis. **P**reterea sicut dicitur statim timetur in eo permutatio ad apostema intrinsecum a quo maxime preseruat flebotomia. Auicenna tamen omittit loqui de flebotomia breuitati indulgens: et quia satis datur intelligi eius convenientiam per ea que dicta sunt in capitulo generali curationis feb. putridarum. necnon per dicta in cura tertiane et flegmatice.

**E**t cum solutiuis oportet ut conueniat digestio nisi sint ex genere que leniunt naturam et soluunt et non inquietant sicut aqua



## Tractatus

lubleb cum geleniabin. si fuerit illud quod superat flegma. et sicut tereniabin: et sira cost et infusio tamarindi. et syrupus viol. si dominans fuerit colera et sicut quod coponitur ex istis si fuerit duo humores quasi pares. et post apparitionem digestionis si euacuatio fiat humoris cum fortibus pertransit.

In presenti parte prosequitur casus. tam dictum in euacuatione. et primo per solutiu. Secundo per vomitiua. Tertio per prouocatiua vrine et sudoris. secunda ibi. (Et vomitus iterum.) tertia ibi. (Et prouocatio.) In prima parte dicit quod opus est cum solutiu conueniat digestio: id est quod oportet ut materia solutione euacuanda sit predigesta nisi illa solutiu sint ex genere eorum que leniunt naturam sicut aqua ordei et passularum et parum cassie. et nisi sint de genere eorum que soluiunt etiam electiue: sed non inquietant: id est agitant materiam sicut aqua decoctionis lubleb. 3. iij. cum duab. 3. melis ros. dominante flegmate et sicut tereniabin. Et ut. R. mane syrupi violati ana. 3. s. aque infusiois tamarindorum. 3. ij. misce durante colera. Et sicut quod componitur ex istis si duo humores fuerint quasi pares. R. lubleb. 3. iij. mane. 3. s. mellis ros. syrupi violati ana. 3. s. moderni tamen communiter daret. 3. iij. floris cassie cum aqua decoctionis prunorum et passularum. Sed pro notitia doctorum sciendum quod aliqua solutiu sunt solum lenitiua sicut passule et ficus et earum decoctio sicut pinguis. Alia vero cum hoc quod sunt lenitiua sunt etiam solutiu electiue sicut cassia et manna: et hec si dantur in pauca quantitate solum leniunt et non eligunt. in multa vero eligunt et leniunt. et hec ambo possunt exhiberi non premissis digestiuis: sed de speciebus solutiuiorum. et quot modis fiat solutio dictum est oportune in capitulo generali curationis feb. putridarum. Secundo dicit quod post apparitionem digestionis si euacuatio fiat cum fortibus sicut turbith scamonea et similibus non pertransit quin magis inuat minorando quam noceat agitando. oportet enim sicut dictum est in capitulo de flegmatica. in bis moribus repletionalibus paulatim digerere et paulatim euacuare. Sed quando esset completa digestio non diceret pertransit: sed diceret quod est regimen conueniens. quia illa euacuatio inuaret absque no cumento notabili: sed apparente digestionem et non completa aliquantulum nocet agitando. manus tamen est inuamentum no cumento. ideo dicit pertransit.

Et vomitus oportet ut sit iterum secundum humorem dominante aut ex aqua raphani cum syrupo acetoso calido aut syrupo acetoso cum aqua calida.

In hac parte ponit vomitiua dicens quod vomitus fiat secundum humorem dominante: ut ex succo raphani. 3. iij. flegmate dominante. et cum syrupo acetoso. 3. ij. aut. 3. iij. cum aqua tepida colera dominante et potest esse syrupus acetosus succubarum aut melinus secundum exigentiam complexionis humoris et temporis anni.

Et prouocatio oportet ut fiat cum eis in quibus est equalitas: et cum festinatur in potando decoctiones ante digestionem timeatur firsen.

Idem ponit ca nonem in euacuatione per vrinam et sudorem. et primo ostendit qualia debent esse. Secundo tempus vsus illorum quando sunt fortia. scda ibi.

## De cura

(Et cum fortia festinatur.) In prima parte dicit quod prouocatiua vrine et sudoris quibus utimur nondum completa digestionem debent esse equalia id est non fortia: sed mediocria. lenta vero debet esse illa quibus utimur in principio sicut dicitur fuit in capitulo generali. Et causam addens dicit quod cum festinat in potando decoctiones: scilicet fortis ante digestionem: sed completa timeatur firsen: id est apostema cerebri. Morandum quod medicis ne prouocatiue vrine et sudoris sunt calide subtilis substantie: et quanto sunt fortiores sunt calidiores et magis subtilis substantie: et sunt triplices quedam leues ut aqua ordei et decoctio se. frigidorum. et hoc conceditur in principio nondum apparente digestionem. quedam mediocres sicut sunt aqua decoctionis radicis apij feniculi petroselinis. et hec conceduntur apparente digestionem. quedam fortes: et hec conceduntur completa digestionem sicut decoctio assari rubee mlij solis et similia. Et hic dicit Gentilis quod rudes expositores intelligunt per decoctiones medicinas solutiuas. Et quod sic intelligentes dupliciter errant. Primo quia tam de solutiuis dixit canones completos. Secundo quia deficeret scilicet Autenne in canone de tempore vsus prouocatiuum. quapropter dicit per decoctiones Autenna intelligit decoctiones prouocatiuas vrine et sudoris. Conuenientes enim medicine prouocatiue vrine et sudoris dantur in forma decoctionis ut fluat in venis. medicine autem solutiue quarum parum euacuat parum ex malo: et plurimum euacuat plurimum ex malo conuenientius dantur in substantia quam in decoctione: ut supra dixi in capitulo de tertiana non pura. Tum ergo iste medicine prouocatiue habentes fortitudinem aliquam dantur ante digestionem timeatur firsen. id est apostema cerebri. agitant enim materias et faciunt eas fluere ad caput vel ad pectus vel ad alias partes corporis: sed solum dicit de partibus superioribus: quia ista prouocatiua inflamant et agitant materias que ascendentes faciunt firsen. Ego autem credo hunc textum accommodari et amplari ad medicinas exoluentes que exhibite ante digestionem inducunt apostema agitando materias et faciunt eas fluere ad locum debilioris sicut frequenter videtur accidisse. et proprie in febribus repletionalibus medicine itaque soluentes leniendo non eligendo: aut que licet eligant: non tamen inquietant possunt dari in principio ante digestionem: sed eligentes non tamen exoluentes aut leniter exoluentes dantur apparente digestionem. fortiter autem exoluentes non dantur nisi completa digestionem. Ademor esto tamen semper quod est melius infra subsistere quam exquisitissime euacuare. et ita dico de medicinis prouocatiuis.

Medicine vero iuuatiue in via perueniente ad statum ad rectificandum materiam et maturandum ipsam et succurrendum nocumentis eius. Ex singularibus est absinthium verum post septimum et apparitionem digestionis ita ut sit romanum quod ex ipso bonum est. et cum tu festinas cum eo mouet humores et non euacuat eos: cumque similiter facit accidere angustiam et tristitiam et nauisam: deinde reuertitur super eos cum sua caliditate et ericcat eos et cum sua stipticitate facit eos pigros.

Idem ponit aliquas medicinas: et primo ponit medicinam unam simplicem: scilicet absinthium. Secundo medicinam

eundo medicinā Gal. Tertio quasdam compositas scda ibi. (Et Gal.) tertia ibi. (Composita vero) In prima parte dicit qd medicine inuasiue in vta perueniente ad statum: idest in augmento ad rectificandam materiā: scz minorādo materiā et inaturando ipsam scz equādo substantiā eius et succurrēdū nocumentis eius que sunt horripilatio et membrorum debilitas. Ex simplicibz est absinthiu maxime romanum bene cōdittonatū: et quāto vris: ipsum magis solutiū et aperitiū elige qd est magis amarum. Secūdo dicit qd absinthiu debet administrari post septimū et apparitionē digestionis. nō em̄ concedit nisi apparēt qd digestio que cōter post septimū consuevit apparere. propterea inter alios dies maxime nominatū septimū. Et causam reddens dicit quod cum administras ipm ante apparitionem digestionis mouet hūores et non euacuat eos. et facit accidere angustia ppter nocumentum in spiritalibus: et tristitiam propter nocumentum stomachi et nauſeā humoribus qui sunt in stomacho cōmotis et nō eductis: deinde remanens cum humoribus exccat eos sua caliditate et stipticitate: et facit ipsos pigros et inepros euacuationi.

**Dubitatur** vtrū digestionē apparētē cōpetat absinthiu in emistiteo. et arguitur quod nō: quia non euacuat flegma: cuius maxime necessaria est euacuatō. scdo apparētē digōne aliqua et pars nō est digesta. ergo illaz mouebit et nō euacuabit. et sicut illam exccabit et faciet pigrā. In cōtrariū est Aui. et ceteri doctores.

**Pro solutione** sciendū qd absinthiu calidū est in primo. et sic cū in scdo. sed succus eius et flos est calidior: accedens ad scdm. et per substantiā suā calidā est aperitiū opilationū et solutiū colere et flegmatis aquosi. et per substantiā terrea est membrorum confortatiū et partiu laxariū sua stipticitate pgregatiū et confert feb. lōgi tps et feb. opilationū: et mirabilem est appetitū faciens. Scdo notandū qd possumus vti succo eius et aqua decoctōis et distillationis et. Itē sua substantia puluerizata et trociscata: aliqñ damus ipm viride solū cū alijs rebz pmtū sicut passul: et alijs fm diuersas necessitates.

**His premisis** sit bec p̄ia cōclusio. Absinthiu nō puenit in principio ante apparitionē digestionis: qz multa nocumenta facit agitādo materiā et nō educendo. Itē qz remanēs cum materia exccat: et facit ipsam inepitam euacuatōi: sicut dictū fuit in textu. Itē quia stiptica nō cōueniunt ante digestionē: sicut de intentione Aui. declaratū fuit in ca. gñali curatiōis febrū putridaz. Scda cōclusio. apparētē digōne succus eius puenit: et aqua decoctōis et distillationis eius. euacuat nāqz coleraz et aquosum flegma proprie succus et aqua decoctōis et distillationis eius: et cū hoc aperit puocat et mēbra pfortat et nō facit sua stipticitate materiā inepitaz euacuationi cū tam semidigesta sit. Tertia cōclusio. cōpleta digestionē multo magis puenit tam in decoctionibz quā in sua substantia exhibitū: cū materia sit paratissima eponi et mēbra indigeāt pfortatiōe. Sed sup̄est respondere ad rōnes adductas in cōtrarium huius determinationis. Ad primū dicit qd quāuis nō euacuet flegma viscosum: tamē inuat multuz euacuando colerā et flegma aquosum. Ad scdm negetur p̄na. nā euacuat partē paratā euacuatōi: et cū illa extra corpus educetur. vnde nō poterit exccare residuum materis: nec poterit ipsam facere pigrā sua stipticitate: et si forte faceret aliqd nocumē

et erit multo maius suuamentum.

**Et** gale. quidē et qui ante eum fuerunt curauit eos cum aqua ordeī in qua est virtus piperis.

In parte p̄nti ponit medicinā Gal. scdo ponit redargutionē Alexandri p̄tra Gal. tertio ponit errorem Alexandri: et redarguit ipm. scda ibi. (Et dixit quidā.) tertia ibi. (Ipse quidē.) In prima parte dicit: qd Gal. et qd fuerūt ante ipm. s. bypo. et alij curauit. s. in terapētica ad Blauconez patētes emistiteum cum aqua oz. in qua est virtus piperis. vi. R. oz. mundi. 3. j. piperis. 3. f. aque. 3. xx. bullant ad apertionem ordeī.

**Et** dixit quidā primoz medicoz qd Gal. transgressus est in alienatione: et stetit: vbi opz vt miretur de eo: et nō scuit qd piper inflāmat feb. et aqua oz. pigrā efficit materiā.

Ponit Auiēna dicta Alexandri vituperatis Gal. dixit namqz iste qd Gal. alienat et stetit: sicut illi qui errant et loquūtur: et nesciūt quid dicāt. vnde mirandū est de eo: et loquēs interrogatiue dicit non scimus qd piper inflāmat feb. et aqua ordeī infrigidando pigrā facit materiā supple. flegmaticam.

**Et** iste quidē cōtradictor errauit errore qui nō appropriat in hac intentione: imo canon datus in adiutorio nature quādo pparatur ad resistēdū huiusmodi materijs est cum medicinis cōpositis ex infrigidatibus et calefacientibus vt discernat natura inter duas virtutes quare occupat infrigidatiū cū fe. et partibus cordis: et calefactiū cum materia: et qd est qd curet emitriteū absqz hoc.

Idic remouet opinionē Alexandri primo ostendēs qd eius error est error gñalis et p̄futat quoddā eius motiū vituperādo eum. scdo in speciali remouet quendā errorem eius redarguens eū ex dictis suis. tertio ad laudē Gal. mirat de quodā dicto huius cōtradictōis. scda ibi. (Et iste quidē.) tertia ibi. (Amplius mirabile.) In prima parte dicit qd error nō est solū in cura emistitei: imo supple in cura cuiuscūqz morbi in quo exgūtur intentiones cōtrarie. in illis enim miscemus medicinas p̄trarias cōfidentes qd natura discernat. ideo subdit: imo canon datus est in adiutorio nature qñ p̄parat ad resistēdū huiusmodi materijs vt cū medicinis cōpositis ex infrigidatibus et calefacientibus: vt discernat natura inter duas cōtrarias virtutes qualiter occupat infrigidatiū cum feb. et partibus cordis: supple et cum materia colerica: et calefactiū cum materia colerica: et interrogatiue loquens dicit. et quis est qui curet emitriteū absqz hoc.

**Et** si natura non est fortis ad discurrendum: tunc nō prodest curatio quocūqz modo fiat: et errauit in alijs modis: allatione quorum nō est necesse nos incedere via prolongantium.

Idic remouet dubiū: posset em̄ cōtradictor dicere qd natura nō est potēs ad discernēdum inter bec cōtraria. Respondet qd si natura nō est fortis ad discernēdū: tunc nō prodest curatio quocūqz modo fiat siue fiat cū medicinis mixtis ex cōtrarijs scdm opinionē Gal. siue fiat scdm modū Alexandri qd statim ponet. Nam vt sepe dictū est cū deficit virtus non valet curatio. Ultimo dicit qd ille cōtradictor errat

## Tractatus

alijs modis: quos nō est necessarium nobis afferre in medium ne sermo prologetur.

**E**t iste quidē cōtradictor dicit: q̄ op̄z vt administrētur subtiliātia quib⁹ non est fortis calefactio: sicut ap̄iū ⁊ anetū: ⁊ nō sciuit q̄ possibile est vt piper infrigidet minoratio- ne sui: ad hoc vt frāgatur eius calefactio et nō abbreviet eius subtiliatio a subtiliatioe ap̄ij plurimi: et fit aqua oz. adiuuās ip̄m in faciēdo puenire virtutē eius ⁊ destruēdo su- perfluitatē ei⁹: et faciēdo cadere materias ad ipsum vt alleuietur penetratio virtutis eius in eis.

**I**n parte presentī ponit op̄inionem Alexandri in cura emittitei. Secundo ex dictis suis probat op̄inionem Galeni esse bonā. secūda ibi. (Et nō sciuit.) In prima parte dicit quod iste cōtradictor in cura emittitei dicit debere administrari subtilian- tia in quibus non est fortis calefactio. sicut ap̄iū ⁊ anetum faciēdo ex eis decoctionem. secundo ex his verificat op̄inionem. Gale. interrogatue di- cens. Non sciuit iste contradictor quod possibile est vt piper infrigidetur minoratioe sui: ad hoc vt frangatur eius calefactio. ⁊ non abbreviatur eius subtiliatio a subtiliatioe ap̄ij plurimi: id est quod piper potest in tanta quātitate minorari quod pa- rum calefaciet: et tamen ita subtiliet sicut ap̄ium in quantitate multa. **E**t ex his patet quod medi- cina calida quarti gradus: sicut piper per minora- tionem sui potest calefacere precise in secūdo gra- du: quia tunc non administratur in debita dosi se- cundum quod est ab autoribus graduatum: et fit aqua ozdei adiuuans ipsum piper et faciēdo per- uenire virtutem eius ad partes distantes: et in des- truendo superfluitatem. scilicet caliditatis eius. et tertio in faciēdo currere materias ad ipsum vt alleuietur penetratio virtutis eius in eis i bumectā- do materias et in faciēdo eas fluxibiles: vt facile patiant a pipere et penetret ei⁹ virtus ad eas: vbi forte v̄t̄ ē ypalage in faciēdo currere materias ad ip̄z. i. ip̄m currere ad materias. **E**t ex his p̄z r̄sio ad rationes Alex. Negat enim Au. q̄ piper inflā- mat febrem: sed natura dirigit piper ad materias flegmaticas. et negat quod aqua ozdei facit ma- teriam p̄igram: quia natura dirigit illam ad par- tes cordis ad infrigidandum ipsum. Et si aqua ozdei agit in materiam ipsam preparat: vt facile patiat a pipere: et facit alia duo iuuamenta que dixit.

**A**mpli⁹ mirabile fuit q̄ ipse posuit gal- de illis qui ignorant q̄ piper inflāmat febrem et nominat ipsum de illis qui obliuiscuntur ab hoc: vbi iudicat de hoc.

**H**ic Aucenna laudat Galenum in practica bu- tus scientie summis laudibus dicens quod mira- bile fuit quod iste posuerit Galenum in numero il- lozum qui ignorant quod piper inflāmat febrem quasi dicat quod bene piper est calidum in quar- to: ⁊ mirabile est q̄ ipse nominet ipsum inter illos qui obliuiscuntur alicuius rei particularis circa quam fert iudicium: ideo dixit vbi iudicet de hoc: id est de aliqua re particulari. quasi dicat. ipse fuit doctissimus in practica et in rebus particularibus sicut sibi bene imponit Auerro. dicens quod multa mouit in ramis. pauca in radice.

## De cura emittitei

**E**ōposita vero de medicinis quibus op̄z in hac hora vti sunt sicut trocisci de absin- thio et trocisci de rosīs. Trocisci leues boni ad emittiteum. **R**ecipe rosarum. radicū li- quiritie ambozū ana. ʒ. iij. tereniabim. ʒ. iij. spice. succi absinthij. spodij omniū ana. pō- dus. ʒ. ij. fiant ex eis trocisci. Trocisci alij ad inflātionem. **R**ecipe rosarū. ʒ. vj. seminis acetose. gummi omniū ana. ʒ. iij. amili pon- dus. ʒ. iij. berberis spodij se. portulace om- num ana. pondus. ʒ. ij. dragagati croci spi- ce reubarbari omniū ana. ʒ. . camphore pō- dus tertie. ʒ. j. fiant trocisci. Trocisci alij bo- ni habētibus hanc febrem. et proprie quādo cōqueruntur cum hoc de solutione ventris et tussi. **R**ecipe spice aromatice xilaloes croci berberis et succi eius omnium ana. ʒ. iij. reubarbari. ʒ. quattuor spodij rosarum. cum capitibus suis lacce gummi torrefacti harabe omnium ana. ʒ. quinqz seminis ace- tose torrefacti. ʒ. vj. crete romane. ʒ. septem. fiant trocisci. **D**escriptio alia bona. **R**ecipe rosarum rubearū. ʒ. vj. berberis gummi se- minis acetose omniū ana. ʒ. quattuor. spice eupatorij spodij amili semis portulace gra- norum cucumeris omniū ana. ʒ. ij. seminis endiuie seminis cuscute omniū ana. ʒ. j. suc- ci liquiritie. ʒ. j. lacce reubarbari ambozum ana. ʒ. semis aggregentur illa et fiant troci- sci. **P**illule bone ad hanc egritudinem ⁊ om- nes cronicas et febres ledentes viscera. et pprie: quādo materia flegmatica ē magis vincēs. **R**e. aloes. mastice mirabolanoz ci- trinoz. reubarbari. succi eupatorij succi ab- sintij. rosarū rubearum omnium ana. par- tes equales. croci partē mediam fiant pil- lule cum aqua endiuie. **E**t sit dosis. ʒ. ij. cum syrupo acetoso. **D**escriptio bona cōueniēs post digestionē. **R**ecipe aloes mastice suc- ci absinthij rosarū omnium equaliter croci ʒ. ʒ. informētur pillule cum aqua endiuie. et sit dosis. ʒ. ij. cum syrupo acetoso.

**H**ic Aucen. primo nominat quāsdā medicinas compositas. scōdo describit quāsdā: et nulla ista- rum conuenit a principio: sed postq̄ apparuit di- gestio: illarum quas describit. prime quattuor sunt trocisci digerentes ⁊ confortates. secunde due sunt pillule solutue ⁊ cum hoc confortatue. et simpli- cia has componentia secundū plurimū sunt nota ad inflāmatū. id est in qua colera domnatur. reu. id est reubarbarum in tertia descriptioe quam dicit conferre in hac febre quādo coniungitur: cum tussi ⁊ solutione ventris multa ponuntur cōferen- tia solutiōi ventris: sed ad tussim solū ponitur cro- cus et gūmī. **C**rete romana est sicut nostra: s̄ loco illius melius est vti bolo arme. aut terra sigillata. **I**n prima recepta pillularū posset argui aloem soluere magis p̄legma quā cholera. **I**n vltima descriptioe dicit p̄pe digestionē. s. cōpletā. ideo tex. qui ē in margine ē melior. **S**ed hic nota fm **Gentilem**

Sentit qd oēs bt trocisci et pillule cōuenientio res sunt pfecta digestione et factis aliquibus euacuationib⁹ quā in aliquo alio tpe. licet in augmēto postq̄ digestio appuit possint competere. et cā nota est ex pcedentib⁹. Cura emittit decē exigit intētiones. Prima ordinat regimē sex rerum. secūda len t ventrem. tertia flebotomat. quarta digrit. quita euacuat materā pblegmaticā. be due debent iterari scdm exigentiam. sexta est puocatio vomitus. maxime natura tentate. septima puocatio vrine. octaua puocatio sudoris. nona mēbroz cōfortatio. decima accidentiū correctio. Regimen sex rerū debet ad humidū et frigidū declinare maxime dominante cholera. et debet in pncipio dieta attenuari saltē per tres dies: quia est morib⁹ repletionalis. postea igrossari. et quāto magis accedit ad statū debet magis attenuari. Unde in pncipio vniuersali subtrahendū est vinum regulariter: cui nō obstat psuetudo. Tibi sut debēt esse mixti cū calidis et frigidis sicut medicie digestiue. aut debēt esse circa tēpertē pot⁹ leuiter ad frigidū et humidū declinātes: et debēt eē boni et copiosi nutrimenti. post primos tres dies cum egritudo sit cronica reliquū regimen pōt esse notum ex regimine tertiane nō pure. Pro secunda intētione Autēna variat lentitua scōz qd magis pblegma aut cholera dominat intēdens forte ad aliquale materie pprie minorationē absq̄ agitatione. et cassia cū decoctione fructuū est ppria. et in processu teneat venter: lenis cum clisteribus. Tertia intentio est flebotomia que scdm plurimū est necessaria scdm qd dictū fuit cū sit morib⁹ repletionalis: et fiat cōster ex basilica: aut cōst: aut ex sapientis: si in causa esset retētio menstruorum aut emorroydarū. Pro quarta intētione sint digestiua mixta: quedā cōtra cholera: quedam ptra pblegma nō fermētata: et debēt esse in pncipio icisua q̄ absteriua et parū apitiua postea magis apitiua. Pro q̄nta intētione etiam solutiua sint mixta euacuatia cholera et pblegma nō fermētata: aut eligat vnū simplex euacuas vtrūq̄ bñōrē: et sepe iterāda est digestio et euacuatio: sicut in pblegmatica et tertiana nota. et nō est pperādū ad solutiua fortia. Prouocet autē vomit⁹ iuxta sextā intētione maxime natura inuitate in pncipio cū leuioribus in pcessu cū fortioribus q̄ accōmodetur vtrūq̄ bñōrē scdm exigentiā. Septima intētio. s. puocatio vrine pficit cū decoctioe radicū apij fentuli et seminū p̄muntū. et si opus sit fortiorib⁹ addātur in decoctioe radices sparagi. et ponātur magis calida aut minus scdm exigentiā humoris dominātis. Prouocatio aut sudoris iuxta octauā intētione pficit cum aqua ordeī cui parū vini subtilis addi potest: et sumat calidum infirmo bene p̄antis coopto. Adēbroz aut cōfortatio iuxta nonā intētione pficitur cū trociscis i textu descriptis. Itē cū aromatico ros. dyarodon abbatīs fm dñiū bñōris dñiantis. Corri ganē aut accidētia iuxta decimā intētione fm ipsozū extgētā: sed iter cetera succurrat casus appetitus maxime cū egritudo est longa.

**De reciduatione.** Cap. xx.  
**R**eciduationo est deterior radice. Primo ponit iudiciū. scōo dat causā telā in curatone. scōa tbi. (Et consiliū.) In prima pte dicit qd recidua est deterior radice sua: cuius causa est. quia inuenit virtutem debilem.

**Et consiliū quidē est vt in ea nō fiat inceptio ad curandū donec manifest⁹ sit modus egritudinis.** nā scdm plurimū est seua. Quid dicit qd cōsiliū est qd medicus nō incipiat curare ipsam nisi pmo sit manifest⁹ modus egritudinis. i. nisi pmo sit nota causa recidue. et q̄ egritudo et quāta sit in cōparatiōe ead virtutē: nā fm plurimū est seua. et pprie cū est a causa intrinseca cū verisimiliter causa illa intrinseca sit fortis et inueniat virtutē debile. Et nota qd licet hoc psiliū sit generale non solū in recidua: sed in quacūq̄ febre: imo in quacūq̄ egritudine iuxta Autē. in capitulo generalī curatōis feb. cū inquit. Et scias qd nō ē tibi possibile vt cures fe. nisi postq̄ cognoueris eam: attamē pprie seruandū est in recidua in qua ex pcedētī egritudine virt⁹ est facta debilis. et quia aliquando in pncipio licet recidua appareat leuis est tamen praua occulta prauitate. Si igitur multiplicas remedia et pprie notāda sicut medicinā solutiua detegit malitia et moritur infirmus: et tu eris infamatus absq̄ tua culpa. pcede igitur cū lenibus sicut cū clisteribus si opus est euacuatiōe. et attenua dietā donec manifesta sit tibi egritudo et causa eius. nā que pendeta causa extrinseca ē leuis. que vero a causa intrinseca ē fortis fm plurimū. Quid omitto solutiōne q̄stionis an recidua et sua radix sit vna egritudo. quia de hac dixi quantū ē oportunū in questione de maiortate morbi. et eius solutio magis pertinet parti theorice. Cura recidue est eadem scdm plurimū cum cura sue radicis. verū oportet nos esse magis sollicitos de virtute cū sit debilitor: et laborare vt recidue causa amoueat.

**Et in hoc finitur expositio sen prime quarri casus nonis Autē. edita per. d. magistrū Joannē Merculanū Aeronēsem doctorē famosissimū. Expēsis honesti viri Vincentij de portonarijs de tridino de mote ferrato Lugduni cusa anno dñi. 1518. in edibus Jacobi myt sexto mensis Decēbris die.**

Registrum.

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S  
 T U X Y Z et Omnes sunt q̄terniones exceptis  
 Z et qui terniones sunt.

Merculeo armulphus genitus sacra saxa Joanni  
 Nec statuit merita pro pietate patri.  
 Ille vir Hypocratem medicās et Apollina vicit.  
 Atq̄ fuit nostro tempore verus apis.  
 Doctrīne preclara sue monumenta reliquit:  
 Adulcē per doctos scripta Joannis eunt:  
 Lodicibus febres pestes cunctosq̄ nocentes  
 Corporibus morbos scripsit in orbe tribus.  
 Pulchra salutifero Aeronā exultat alumno.  
 Huius enim medicam mundus adorat opem.  
 Sub duce quem borso clarum Ferraria vidit:  
 Fataq̄ corpus habent: cetera cuncta deus.

¶ Finis.

